Sed genus quemadmodum de speciebus dicitur, sic etiā uiditur in eas. Diuiditur autem adiēctione differentiæ. Animal enim rationali & irrationali assumpto, in hominem & brutum. Et differentiarum uerarum (ut superius diximus) quia propemodum egeni sumus, consilium (quod in inopia fieri solet) oportet ex necessitate sumanūs: ut quemadmodum in definiendo, sic in diuidendo, aliiquid quod lo cum ipsis arum expleat, mutuemur. Ut si diuidere brutū uelimus, dicamus aliud in terra, aliud in aere, aliud in aqua uitam ducere. Vel item dicamus, bruta omnia aut natare, aut uolare, aut ingredi, aut repere.

Genus, species, differentia.) Que hoc capite dicuntur, huc tendunt, vocabulo generis hic utendum esse tam latē, vt quicquid de pluribus siue specie siue numero solo distinguitur in quid prædicatur, generis nomine recipiat: speciem vero dicit, de quicunque genus siue sumptum prædicatur, siue illud reuera species sit, siue etiam individuum. Sed quod ad speciem atinet, species, inquit, tum denū species dicenda est, cum refertur ad ge-

Speciem individui collata, species rationem amittere.

*Hac verba in alijs exemplari bus omisi sunt, verum in exemplari manu Rodolphi scripto inueniuntur. Quomodo hic uerbi usus sit nomine generis & speciei.

Species.

RODOL. AGRIC. DE INVENT.

nas: nam individui collata, ratione in specie amittit, & faciem ac similitudinem in qua
induit generis. Vel ut Cicero in auctore forma.) Ciceronis hac de re verba inuenies lib.
huius cap. 9, vbi agitur de discrimine totius & generis, formarum & partium.

Quid diuisio, quæ eius utilitas, qua lege & quot modis fiat,
cum alijs quibusdam.

CAP. VII.

Dividendi utili-
tas triplex.
Vide Boetii in
lib. de diuisione.
Platini Phaedro
& de regno fab.
lib. 4, cap. 3, lib.
11, cap. 1.

T quia diuisionis locus nos admonet, quid sit ipsa &
quo pacto tractanda exequamur. Per quam utilis e-
nim est diuidendi ratio, tum ad rei quæ diuiditur na-
tura demonstrandam (proximum enim est, ut cum quid sit
inumquodq; dixeris, deinde quotuplex sit ostendas) tum ad
definiendum. Definire nāque non aliud uidetur, quād ex ge-
nere per differentias diuisio, in speciem descendere. Præcipue
uerò ad differendi orationisq; copiam, ut unum aliquid quod
multa ambiu suo complectitur, in partes spargas, late enim
funditur, quod ex uno ueluti corpore in suas spargitur par-
tes. quemadmodū multa si in unum colligas, in angustū agun-
tur. Diuisio igitur, est generis in species per differentias
diuideremus, ita ut ea in multis locis & communione
potest, ut in multis locis & communione diuisio
de ratiōne & in
Cic. in Orat. &
2. definib.
Prima causa cum
cauilibus & ceteris
hac lex no sem
per obseruari
possit.

DIALECT. LIB. I.

15

cies ex differentia constituantur: nihil autem constituitur ex
negatione. Labascit ergò continuo uera illa diuidendi lex.

Deinde cuius felicitatis est, ut uel prior differentia uera sit,
quādo uel p[ro]uincia, uel planè nullas esse ueras in confessio est?

Ergò & hanc undecimque datur grecissimus fitique ut altera
non sit uera, altera nullo modo differentia sit: appareat que
multo ista dici speciosius, quā rectius posse obseruari. Ace-
dit istis, quod cum unam fortasse differentiam aliquo modo
eloquamur, ut sit uerbi causa uolatile, & speciem quoq; inue-
nimus, quæ est uera. Eduieris, quorundam cum differentiam
aliquam inueniamus, de sit speciei nomen. ut bipes esse, anima-
lis sit differentia fortasse, nullam tamen ei speciem tribuere
possis. Sic & pisces nota est species, in reddenda differentia
fortasse laboretur. Nobis sicut primum esset, & uoto forsitan
optandum, ut legitimis duabus differentiis diuideremus, ita
proximum erit, ut qualibuscumque, duabus tamen: si minus po-
terimus duabus, at quotcumque poterimus diuidamus, dum
modo uniuersam, eius quod diuiditur, complectantur latitudi-
nem, quamobrem nō per ea modū quæ in substantia eius sunt
quod diuiditur, sed per omnes locos qui circa, quique extra
substantiam sunt, dicitur diuisio. Sanè eorum quæ in sub-
stantia sunt, apissima per quam diuidatur est forma, quod ea
perfectæ differentiae origo est. Nam corporum, aliud anima-
tum est, aliud expers animal: hæc ex forma ducta est diuisio.

Deinde proxima, quæ ex materia ducitur. Vt arborum
aliæ ex semine sunt, aliæ sponte nascuntur. Hinc iā ab ad-
iacentibus accipitur, Vt animalium, aliud mansuetum, aliud
ferum. Et contrà quoque diuiditur adiacentia in ea qui-
bus adiacent, Vt feritas, alia serpētis, alia avis, alia reliqua-
rum beluarum est. Et per actus sit diuisio, Vt hominum,

RODOL. AGRIC. DE INVENT.

6 alius studio, alius lucro, alius voluptati operā dat. Et per
 efficientia, Vt animaliū, aliud parentis efficacia, aliud calo-
 re solis, aliud putrefactiōe gignitur. Et per effecta. Vt ani-
 8 malium, aliud frētum, aliud ouum, aliud uerem parit. Et
 ex fine, Vt rerum domesticarum, aliæ ad necessitatē, aliæ
 9 ad uoluptatē, aliæ ad usum pertinet. Contrā quoque ex
 ijs quæ ad finem pertinent. Vt opum parandarum causa, aliij
 10 iustam operam nauant, alijs sc̄enae rantur, alijs ui rapiunt, alijs
 11 fraude subducunt. Iam uero, animalium aliud terra, aliud
 12 mari degit: ex loco est. Et flores, aut hyberni sunt, aut uer-
 13 nū, aut aestiuū, aut autumnales: ex tempore est. Et homines
 alijs serui sunt, alijs domini, alijs neutrū: ex connexis sumuntur.
 14 Contingentia etiam diuisioni conuenient: ut musicorū,
 15 quidam literas sciunt, quidam ignorant. Et pronunciata,
 ut quidam bonum laudati sunt, quidam uituperati, quidam
 16 silentio latent. Attulerit etiam aliquid comparatio, ut po-
 pulares, quidam infra regem sunt opibus, aliqui pares, non
 nulli superiores. Et à similibus diuisionem expresserimus:
 ut aliorum uitæ propositum, industria formicam imitatur,
 17 aliorum segnities similis est museis: Opposita & differen-
 tia prouersus à diuidendi ratione abhorrent. Necesse est enim,
 ut quicquid diuiditur, de ijs predictis in qua diuisione est.
 Nibil autem de his que repugnant sibi prædicatur: quòd fit,
 18 ut ne diuidi quidem posse per ea que sibi repugnant. No-
 men rei præterij, quoniam parum accommodatum credidi di-
 19 bozerni repugnare possunt. Quanquam fuerunt, qui facerent diuisionem eius in
 aut de ceteris præceptis oītriges significatas. Vt taurum diuideret in domesticum animal,
 & fidus, & montem. Quod qua ratione diuisionem appellent non video, cum id uel ratio loquendi coarguat. Nec enim
 quisquam tam inceptus sit, ut dicat: taurorū, aliū animal, aliū

DIALECT. LIB. I. 16

fidus, aliū mons est. Similiter longè minus diuiso est rei in
 nomina. Vt non patiar, non feram, non sinam. Nisi quis diui-
 sionem etiā putet esse, Anna soror, soror Anna, cum hic quē
 admodum & illic, idem diuerso sono, quanquam non uerbo-
 rum, constructionis tamen, repeatatur. Diducitur tamē unū,
 & in multa explicatur. Diducitur quidem, sed non ita, ut id
 diuiso uocari posse. Neque enim ignorandum nobis est, pos-
 se tripliciter aliquid quod unum sit, in plura diduci. Diu-
 isione, quæ quomodo fiat, diximus. Partitione, quam mox di-
 cemus. Et enumeratione. Ea fit, quoties multa, quæ uni ali-
 cui insunt, recensēmus, ut cum dicimus, Cicero eloquens fuit
 & prudens, & uindex appetitæ dominationis: & reliqua,
 quæ in immensum extendi possunt. Certum est non diuidi in
 ista Ciceronem, quoniam Cicero individuus est, nec partes
 etiam esse Ciceronis ista. Enumeratio ergo est multorū, que
 ad unum aliquid rediguntur. Hoc pacto & multa unius uer-
 bi significata, & unius rei nomina, non diuidēdo didicimus,
 sed enumerando recensēmus. Nonnulli arctis admodū finibus
 clauerū totam hanc rationē diuidēdi, ut omnē diuisionē que
 non sit per ea que in substantia sunt, dicent, aut subiecti es-
 se in accidētia, aut accidētis in subiecta, aut accidētis in ac-
 cidentia. Liberum est & suū cuique indicū. Mibi uisum est
 quād copiosimē possem aperire rem istū, quoniam uisus eius
 latē patet. Nec ignoro, posse eis quoru aures non sint ijs au-
 diendis imbutæ, uideri re perplexiore esse, quod tamen, quā-
 uis exigua animi int̄cio, mollet: modo nō pigeat tātisper sub-
 fidium petere à communī studiorū artifice labore. fructus
 certè laborum, quod affirmare ausim, non pœnitibet.

Perquam vñlis erit. Ad tria ait in primis conducere diuisionem, ad plene cognoscendū. Diuisionis vñlis.
 diuiso eam que diuiditur, ad aptē definiendum, ad differēti orationique copiam.
 Diuiso igitur. Afterius capit nomē diuisionis quād ali solent. Quade re plura cap.
 non, quia locum leges oportet, modo hunc velis plane intelligere. Placuitque o-

Verba sunt Cic.
 in Catilinam
 Dido apud Virgil. lib. 4. Aen.

Cailli amotio.

Cap. 9.
 Enumeratio
 quando fiat.

hec socii p̄bū l'go de diuise
 oītriges significatas
 ipso et p̄p̄z porphyrius p̄p̄z
 ipso

RODOL. AGRIC. DE INVENT.

namen diuisiōnēm.) Tres afferat causā, quātobrem non semper diutus inter se pugnatibus differtis siūlū posit abolutū. Primū, quod nullū penī genere vītāq; nobis diffentia fī cogitā, sed alteram negationē fēre exprimāmus; alteram, quād in plērisque ne altera quidem illa, quā affirmationē affertur, vera est diffentia: postrem, quod sāpē diffentia inventa, iugula adhuc est species: & rufus notā spēcē, differen-
tia tamen manet incognita. Deinde cuīs felicitatis est.) Rara (inquit) & maxima-
cūndam felicitati est, si vel prior illa, quām affirmationē exprimimus, yera sit diffen-
tia, propterā quōd vel paucis vel nullas potius verā est cōfāt, tantum abeſt, vt cogniti-
tan habemus vrātū. Sī Cicero in Antoniū, in dēlinquētiū cuīs temperantia fuit, d.
M. Antonio querēntem, abfīdere maledicō? Ut arbōrū alia? Biūus libri 15.
cap. 33. Arbōres (inquit) quās naturā debeatū, tribus modis nascuntur, spēte, femine,
aut ab radice. Nomen rī prateri) Hanc hodie vocant diuisiōnē vocis in signifīca-
tione, cuius sententia authorē lantū Bōtūtū. Eius ego haec de verba subieci. Est enim,
inquit, diuisiōnē generis in species: est rufus diuisiōnē cum totū in propriis diuiditū
pertinet, alia cum vox significans multa, in significatiōnē proprias recipit sc̄iōnēm. Ex
his tribus diuidendū generibus, Rodoſplus solum p̄mū illud diuisiōnēm appellat, al-
tenū partēcione, enumeratiōnē tertium. Georgius Trapeziūtū, p̄strem hoc,
diuisiōnēm vocat, reliqua dii jūdētū nominib; quibus Rodoſplus.

Quid Aristoteles proprij nomine designauerit. Quid eius acceptiones enumerauerit Porphyrius. Et quomodo hic eius nomine utendum. C A P . V I I I .

CAP. VIII.

Ristoteles proprium vocavit, quicquid omni & soli inest & semper, ut homini proprium, natum esse se ridere. Omni enim inest homini, & soli inest, & semper homo natus est ridere. Diuinitusque in definitionem, & id quod communi nomine (quoniam aliud non suppetebat) proprium dixit. Eodemque proprij nomine complexus est differentiam. Sanè differentia, quod ipsum nomen praese fert, dicetur commodius, quoties generi quod diuidit comparatur. Ratiociniis enim & irrationali, animal ab animali differt. Aut quoties species cui destinanda adhibetur, reliquis consertur speciebus ab illa differentibus. Suae enim speciei comparata, substantiae pars est, rectius proprium dicitur, quam differentia. Nec ego istud sic accipi uelim, tanquam idem putem esse differentiam, & id quod propriam passionem (que quid sit, quo pacto à differentia distet, persequi non nostri est instituit, nec enim satis de eo conuenit omnibus) sed ut ostendā

DIALECT. LIB. I. 17

placere mibi, in præsentia dici proprium, quo pacto Aristoteles uoluit, quicquid de eo cui id proprium esse uolumus, conuersim dicitur. ut quemadmodum dico, omnis homo est capax disciplinae: sic dicam, omne capax disciplinae est homo. et sicut omnis uirtus est expectenda, sic omne expectandum est uirtus.

tus. *Porphyrius in Iagoge* quaerupliciter dixit propriu-
dici. *Quandoque* enim quod soli inest et non omni, ut nau-
tam esse uel musicum homini, nihil enim praeter hominem di-
ci potest nauta, uel musicus. nec omnis tamen homo nauta uel
musicus dicitur. *Quandoque* quod inest omni et non soli, ut
uiuere omni inest homini, sed non soli, nam et omnia anima-
lia et plantae uiuere dicuntur. *Tertio*, quod inest omni, so-
li, sed non semper, ut cauescere homini, quod non nisi senio co-
tingit. *Quarto*, quod omni soli et semper inest, ut erudi-
lem esse, homini, de solo enim et de omni et semper dicitur,

idque uerè est & exactè proprium, quo modo & nos hoc loco accipi proprium uolumus. Quoniam autem (ut prædimus) in reddenda sua cuique rei differentia laboramus, propriam ferè passionem, quā uulgo propriū significamus nomine, quoniam differentiæ nomen usus à proprio secreuit, eam in locum differentiæ subdimus: & eam quoque si pro arbitrio & ubique res posceret, paratam & ad manum habere-
remus, esset qualecumque quidem, sed aliquid tamē, mi-
nus enim in definiendis distinguendisque fluctuaremus re-
bus. Nunc pro differentiæ ponimus proprium, neque id unū,
aut satis firmum, aut certum, sed sēpē ex multis collectum,
& tum quoque ambiguum, & anceps. Notum est quid Pla-
toni acciderit, qui cum diligenter dominus proprium reddi-
sse uideretur, bipedem esse & implumem, & definiiret ho-
minem esse animal bipes implume: Diogenes Cynicus, gal-

Proprium' qua-
drifariā dici secū
dum Porphy.

fiono un di

**Insu'sus Dioge-
nis in Plat. iocus**

Quædam uirtutis sunt atque efficaciam cuiusdam. Substantie sunt, ut partes domus est pars, ligna nautis. Quantitatis, ut ipsæ que extensa sunt, pedale, bipedale, tripedale & quadrupedale: dicimus enim decempedalis rei partes, et in tempore, præteritum, instans ^{et} futurum, & in numeris denarij sunt partes, unum, duo, tria, quatuor. Virtutis autem sunt partes, quemadmodum dicimus plus roboris Achilli fuisse decipiens fieri calorem quam Aiaci, & duplo plus luminis soli esse, quam luna. Sic quoque animæ quatuor partes facimus, uiuificandi, sentientiæ, mouendi, & intelligendi. Et uero substantiae sunt partes, alia de proximo substantiam constituant, ut sunt materia & forma, qualia sunt in homine corpus & animus, in arbore uita & lignum. quarum huiusmodi conditio est, ut si qua partium desit, non esse res, non tueri nomen suum possit. Aliae ad integratatem rei explendam pertinent, quarum nonnullæ deesse rei queant, ut non intercidat, ut pedes, manus, caput, hominis sunt partes, nam pedes aut manus deesse homini possunt, ut quanquam uel mutilus uel mancus, homo tamen sit & dicatur. Atque ea quidem, ut breuiter dicatur, constitutæ rei sunt partes, illæ constituenda. Est & alia quadam partium differentia, quod hæc quidem eiusdem sunt generis, quas ὁμοίεις, Græci uocant, nos cognatas dicere possumus. Vi partes ligni, omnes sunt lignum: partes lapidis, lapis. Hæc rursus, & teoyevels, hoc est (ut ita dicamus) multigenæ, que non in idem genus ueniunt: ut partes domus, ligna & lapides, non sunt domus. Partes hominis, carnes, nerui, ossa, queque sunt istis similes, non sunt homo. Sed materiam & formam, que hæc uel maximè omnium precipue sunt partes, exactius explicare ad physicum pertinuerit. nos satis habebimus, quoniam crebro per os reddit mentio ea-

rum, quomodo cunque datur, pingui (quod aiunt) Minerua ipsas indicare. Materia ergo, est subiectum ex quo aliquid generatur primum, & in quod corruptitur ultimum. Itaque ipsa nec generari potest, nec corrupti. Forma, est modus quidam materiæ, quo sibi contingit, ut huius uel illius speciei capiat nomen. Volenti igitur scire cuiusmodi res sit materia, hoc pacto proximum fuerit rimari. Demus in exemplum hominem. Semoueamus intellectu animam. Facile id quidem est, quod quotidiana nos mortis conspectus docet. Difficiliora sunt que sequuntur. Separemus tamen intellectu omnem colorem, deinde omnem habitudinem corporis, ut est calor, frigus, durum, molle, & reliqua id genus. Deinde figuram, ut quod diductos habeat pedes, quod distentus in brachia est, quod in caput erectus. Postremo omnem magnitudinis modum mensuramque demamus. Id quod iam reliqui habemus, materia est. Dices fortasse, nihil video relictū, neque tale quicquā concipere possum animo, quod omnibus istis priuatum sit. Dabo ut concipi possit. Est uidere in monumentis operosis extructis, in quibus cōditum sit corpus aliquod, tandem temporis diuturnitate nihil preter pulueres terræq; remanere, & hoc idem quod homo fuit (ut loquimur) terra est. Certunque est quiddam ibi esse, quod antè humanitatis habuit in se speciem. Idque ipsum terræ iam faciem habere, & posse ipsum postea quandoque, uel igne excoctum in lapide durescere, uel in herbas excultum uirescere, uel aliam quanuis naturæ formam accipere. Vides item non colorem, non figuram, non ullam habitudinem corporis, que conspicit tangue possit, eandem, quam prius esse. Ergo perpetuum illud, quod prius homo, postea terra est, in aperto est, nihil esse eorum que tangi cerniue possunt: cum hoc manserit, illa cum-

RODOL. AGRIC. DE INVENT.

solidum voces miscerunt permutando numerorum multisque modis diversorum atque ipsius permutacionibus permutationibusque rerum naturae expositum, ipsum immutatum, est materia uera illa quam primam vocant.

*Quod uero carnem & ossa hominis vocamus materiam, &
lapides atque ligna domus, similitudine quadam dicimus.*

At forma est in hoc assumpto corpore, quemadmodum cum homo fuit, anima (ex ea enim habuit quod homo erat) ita iam cum mutatu est in terram, id à quo habet quod terra est. Sic et si deinde solidetur in lapidem, id quo lapis est, si in aquam diluatatur, id quo aqua erit, erit et forma ipsius. Cerni ista non possunt, concipi tamē posse, non quidem qualia sunt, sed quod aliquid sunt, in prospectu est: et materiam semper manere, formam uero aliā alia fluctuum in morem continentem proponendi, et nouam ab ipsa rebus subinde faciem afferri. Dicitur et aliter materia, id quod negotio alicui propositū est, circa quod elaboret: ut materiam infamie dicimus impudicitiam, sic et virtutem materiam laudis: et curarum materiam, et libri, et studiorum dicimus. Sed nos quoque nemis longo materia tractatu fastidio materiam prebeamus, pergamus ad reliqua.

Sic Horat. in Arte Publica materia priuata ris erit. pergamus ad reliqua.
materia priuata est. & nouam ab ipsa rebus subinde faciem affserri. Dicitur enim quod negotio aliqui propositum est, circa quod elaboret: ut materiam infamiae dicimus impudicitiam, sic & uirtutem materiam laudis: & curarum materialium per se. & libri, & studiorum dicimus. Sed nos quoque ne nito circa genit. lund excepimus. mis longo materia tractatu fastidio materiam præbeamus, ergo de hac uinculis agit. & ut deinceps
Toutum & partes sequuntur.] Quod & hunc locum & superiore illum de specie pla-

Quid inter sit
inter diuisionem
& partitionem.

Species seu forma.
Inter formas & partes quid interfit,

Totum & partes sequuntur.] Quo & hunc locum & superiore illum de specie plaus intelligamus, acribenter videtur baya Ciceronis in Topicis. Ea si habent, Partim omnem & diuisionem genus quale est efficiuntur. Sed quid inter te distare, lanum dicendum est. In partitione quasi membra sunt: ut corpus, caput, humeri, manus, articula, crura, spinae, &c. In diuisione formae: quas Greci οὐκ vocant, nisi, si forte tractant, species appellant, non per se sed id quidem, sed in utilitate, ad mutuant los caus in dicendo. Nolim enim, si in latine quidem dicti posint, speciem & speciebus dicere: & sapere his calibus videntur esse, at formis & formarum velim. Cum autem vroque erbo item significari, commoditatem in dicendo non arbitror negligendam. Et in temporibus libro, Formas qui putantur esse quod partes, confundit artem: & similitudinem quadam conturbat, et nam fatus acut, que sunt fecerimus, distinguunt. Hoc in topicis. Verum is ipse, qui hic tam sollicito formam sciret a partibus, in libris de oratore ipsius formas seu species, partes appellat. Atque itaque Quintilianus liber, Sit igitur juxta, ut supra significari, Diuisione rerum plurimum in singulas, partitio singularium in partes difcretus ordo, & recta quedam collocatio, prioribus sequentia annescens. Et superius libro quinto de Cicero loquens: Diuisione autem adiunxit, inquit, diuisionem docet, quam differre a partitione, quod haec sit totius in partes, illa generis in formas,

DIALECT. LIB. I. 20

Et in tempore. **I**nstante, preteritum & futurum, mihi ad substantiam temporis magis, an ad quantitatem pertinere videntur. Forma est. **O**ppido quam eleganter **F**orma. formam defuit. **V**t autem fatis & raudioribus, explicatiois causa trunca tunc illi facilius. **O**lin trunca e nus apud Horatium in exemplum. **I**n ergo trunca, quām dū rude & initile erat lignū, rūnū, scilicet. **S**anque canēque priapi nomen habebat, et tamē vtriusvis harum appellatiōnū tyr. 8. capax. **V**nde ergo, vt priapus postea diceretur, non scannum? nimurū ex delineatione nella quām a fabro acceptare. Atque hęc delineatio, hęc expeditio, hic modus ita a fabro et cunctis additus, forma illius priapi erat. Eundem in modum, tutor ex eodem corio, vel peronem, vel sandalium, vel cothurnum potest efficiere. Quod itaque ad matrem, hoc ēt, ad cornutum attinet, nullum ei: horum nominum competit, potest autem vnumquodius competrere. **Q**ui ergo sit, vt postea opere perfecto, yni us tantum, nō etiam reliquorum nomen accipiat. Minus ni ex figura ac modo, eo quem addidit ei corio tutor: atque hic iam modus, vel peronem, vel cothurnum, vel sandaliū formā dicetur. Itidem res habent naturam. **Q**uid figuram est sic carbo, fit deinde eius. Materia eadem, forma diversa: quām & nomina diversa sequuntur. **V**ides ergo opinor, formam eff. à qua res habet, vt huius aut illius speciei nomen accipiat. **Q**uid vero canem. **C**aro, ossa, lapis, ligna, ferrum, aurum, argentum, proprieat an similitudine quadam materia nomen solvantur, id iam non disputo. **H**oc scio, vītati eff. genus fermonis, vt argentea pātina materialiter dicantur aurea, aurum: flannea stannum, atque item in certis. Et quōd ad intentionem pertinet argumentorum, probe in hac omnia materiae vociblū competit: quācūq; circa hoc certe loco, quecumque eius generis sunt, et hoc nomine non ineptū significari possunt. **A**t forma est. **Q**uemadmodum hominis, inquit, forma est anima, quippe à qua habet ut homo esse dicatur: ut in hoc afflūtum corpore, in puluere inquam hoc, in quem transmutatum est corpus humanum, forma esse dicetur: id à qua habet, quod aut ē terra aut puluis est. **Q**uid si contingat eundē hūi cū puluere solidari in lapidem, iam priori rūrū forma abiecta, illud eius materie forma dicetur, cuius adiunctu lapidis nomen accepterit.

De coniugatis & eorum usu.

CAP. X.

L Ocorum qui in substantia sunt, postremus sunt coniugata, quae nomen istud acceperunt, quod ipsa uocis similitudine sub unum sunt iugum decincta, ut sub sapientia sapiens & sapere, & sub iustitia iustus & iuste. Aristoteles istis addidit quae casus vocavit. Ut sint uer causa, coniugata ea, quae cum eo conseruntur, ex quo pri-
um denominantur, quemadmodum diximus. Casus uero ea, & a primo illo decadentia derivataque, cum eo ipso compo-
nuntur, ut sapiens & sapienter, iustusque & iuste, fortis for-
ter. Nos Ciceronem secuti, quando tenui admodum limite
secreta sunt ista, coniugata in commune dicemus, quod non
commodè fieri posse, Aristoteles ipse etiam uidetur sensisse.

Sunt autem nonnulla, quorum conjugata facilius in re intelligas,

in his quae nominis non
 habet ut per se propriae
 sed ut significante admodum enim à calore calidum, & ab industria industriū dicimus: & in quoque calor est, & industria, hunc calidum & industrium vocamus: sic à virtute quod deducas nomen non facile sit inuenire, namque ut à somno somniculosum, & ab officio officiosum: sic à virtute virtuosum dici, latinè loquendi ratio fortasse non permisit. Utque etiam ita loquare, non tamē conuenient nomina ista nostro instituto, nec enim in quoque somnis est somniculosum: nec qui officium quodvis faciat, officiosum: nec virtuosum dixeris, qui unā aliquam habet virtutem, itaque quod ad argumenti inueniendi rationem pertinet, querendum in talibus est nomen, quod non idem sonet, sed idem significet, & à virtute quidē uoces probabimur loci esse virtutem, sed ob id tamen nō esse ne ad agere, sed diligendum. Non ita crebrū in definiendo plerorumque usus, quando enim à proximo distant coniugata, & non re modo, sed nomine plerunque arctissimè iunguntur, ex aequo ferè uel nota sunt utraque uel ignota. Fitque, ut in eis si moliens frustra altero coniugatorum coyeris aduersus eum, qui alterum auersetur: aut quisquis alterum det, de altero non dubitet. Qui enim negat, quisquis bonus vir est, eum felicem est: difficulter illi persuaseris hac via, quod in bonitate sit potius sita felicitas. tantundem enim laboris in utrouis horum sibi approbando sumes: aut quantum assentiarum huic parti, consistere in bonitate felicitatem, tantum etiam eadem opera det eo, quod omnis vir bonus felix sit, contentio remittat. Vbi tamen res dederit ut eo uti possumus, non negligendus erit. Quandoque enim acuminis, quandoque virium multum, quandoque utrumque habebit. Eleganter itaq; apud Terentium est, Homo sum, humani nihil alienum à me puto. Inspiciendus

In heautum.

ergo locus ex retractandus est. Aliiquid forte uel ex scipso, uel quod ad alios locos pertineat, dabit: & quod in altero coniugatorum querentes non inueniensemus, illius in altero nos admonebit. Ut qui potentiae uel bona uel mala, uel si quia alia insunt perquirere uoleat, facilius in nomine potentium & magis ad manum posita cōsequetur, eorum cum pericula, cautionem, beneuolentiam, inuidiam, uirtutes, sceleras, honestos fēdosque exitus, aliaque huius conditionis in utrāque partē spectauerit ad definiendum quoque nonnihil profuerit. Aperiūtis enim utcunq; ex sapientis persona & actionibus officiisque peruidas & eruas quid sit sapientia, quād ex ipso sapientie nomine. Sic & amicitia quid sit, ex amicis: & anima quid sit, ex animatis. & contraria, si quā uia altera horū cognita tibi fuerint, facile ad altera definienda regrediare. Eorum autem argumentorum, que exempla uocant rhetores, nonnullorum uis ex hoc pendet loco. Nam cum dicat quis, uirtutem sufficere ad tueriā felicitatem: idque probet, & in paupertate Curius, in exilio Rutilius, in tormentis Regulus, miseri non fuerint, ista solum ex eo capiunt uim docendi, quod in omnibus uis uirtus fuerit, quodq; uiri boni sunt habiti. sic si quis regnare malum esse confirmet, doceat quē exitu Cyri, Cambysis, Alexandri, Pyrrhi, in promptu est uidere, hic à regnandi nomine, ad reges orationem esse deflexam.

Locorum qui in substantia sunt,] Boëtius topicarum differentiarum libro ij. Catus, inquit, est alicius nominis principalis inflexio in aduerbiū, vt à iustitia inflectitur iuste. Catus igitur à iustitia id quod dicimus iuste. Coniuncta vero dicitur, que ab eodem diuero modo deducuntur, ut à iustitia, iustum, iustus. Hac igitur inter se & cū ipsa iustitia coniuncta dicuntur. Aristoteles disputat de cōiugatis, eti obscurissima est, tamē huc spectare milii videtur, ut quaevis, ab uno aliquo principali nomine fluit, ea cīa una cū nomine illo principali cōiugata dicuntur, ut sapientia, sapicē, sapere, sapienter. Catus vero, sola ea dicuntur aduerbiā, q; à nomine aliquo principali desicitur, vt à fortitudine fortiter, à prudētia prudētē. Ea quia loc⁹ Rodolphus, que Aristoteles sententia recitat, nūi videtur corruptio, no inuidle fuerit opinor, si ipsa Aristoteles verba ex 2. top. hoc adscribam⁹

Arist. i. Rhetor.

De his vide Fab.

lib. 5. cap. ii.

De his vide Fab.

lib. 5. cap. 4.

Vide Gellius lib.

6. cap. 4.

reg. electio

ut q; ab alijs

in eis concrē

sumus nos

RODOL. AGRIC. DE INVENT.

*Miér fortasse legénd apud Ci- ceronem.	Vbi tamē res dederit. <i>Jos Cicer o</i> & <i>vñus</i> est quinto libro de finibus : Paupertas si malum est, inuidicis non — malus esse non potest, quamvis sit faciens. Ruris: Dolere malum : in cruce qui anguit, beatus eis non potest. Et secundo de oratore: Si pietati summa tribuenda laus est, debetis moteri, cum <i>Q. Metellus</i> cum pliègure videaris. Ibidem: Lucili pecunia horum non est fed liberum, quia enim libet pacifari. Quanquam postremum horum non inepie duci videatur à nomine. In paupertate Curius. Alludit ad locum Seneca in libro de prouidentia, ubi de fortuna ille loquens: Contumacissimum quinque (iniqui) & recidivum aggrederit, aduersus quem ita vim inueniat, ignemque experitur in Muto, paupertatem Fabricio, exilium in Rutilio, tormenta in Regulo &c. De paupertate <i>M. Curij</i> , lego <i>Valerium Maximum</i> , libro quarto, capite tertio. In <i>Exilio</i> <i>Rutilius</i> . Hic est vir erat innocentia summa, tame canus a publicanorum iniuria Asiam defendens, iunius equestre ordinis, penes quem tunc iudicia erant, Smyman in exilium missus est. Vnde cum reuocaretur poftea à <i>Victore Sylla</i> , maliur in exilio innocens mori, quam eo vnde inique diebus eratreverti. Meminit eis, rei præter alios <i>Cicer o</i> libro oratore primo, & tertio libro de natura deorum. Item <i>Fabius Quintilla</i> , lib. vñdecimo, & in epitome <i>Liuiam L. Elorū</i> . <i>Cyrus</i> . Hunc quo modo Sammarcineri occiderint, & caput eius regina <i>Thomoris</i> in vthen humano sanguine plenum immixtum, primo historiarum libello narrat Herodotus. <i>Cambyses</i> . Hic quemadmodum regno à Magis occupato, Achaeanis Syrig vrbe descederit, idem Herodotus redit libro quarto. <i>Alexandri</i> . Hunc post euerum regnum Perfutum, Babylonie diem extremum obiisse scribunt hift orographi. Fuerint qui tradidint Aristotelem Antipa triu id confidit dñe, vt <i>Alexandri</i> veneno de medio tolleretur, idque venenum suffit Aristofetus ingenio dignum, nempe aquam quandam gelidissimam ex <i>Noacrite</i> pera fudentem : præ nimio frigore, nulla alia re quam equina vngula potuerit contineri. Sed
Seneca.	
Paupertas Curis Rutilius.	
Cyrus.	
Cambyses.	
Alexander.	

Seneca. ad locum Senecæ in libro de prouidentia, ubi de fortuna ille loquens: Contumacissimum
quemque (inquit) & recitissimum aggreditur, aduersus quem si vim intendat, igneum
qui expertus in Muto, paupertatem Fabricio, exilium in Rutilio, tormenta in Regu-
Pauuptas Curij lo &c. De paupertate M. Curij, et Valerium Maximum, libri quo, capite ter-
Rutilius tio. In xylo Rutilius. *Hab. sibi vir erat innocens, sumptuosa sapientia cum a publica*

Cyrus. *anos Cicero libro oratore primo, et tertio libro de natura deorum. Iam Fabius Quintilla, lib. vndeccimo, et in epitome Litiiana L. Florus, Cyri. Hunc quo modo Sarmatice vicerint occidentique, & caput eius Reginia Thomiris in utrum humano sanguine plenum invenerit primo fieri organum libato. Herodotus in Cosa, Cosa, lib. viii. His*

Cambyses. vicinum occiderintque, & caput eius Regina Thomiris in vtre humano sanguine plenum immiserit, primo historiarum libro narrat Herodotus. Cambyses.] Hie quemadmodum regno a Magis occupato, Aebatian Syria urbe decesserit, idem Herodotus re-

Alexander- extremitum obitile scribunt huius orographi. Fuerunt qui tradidint Arisotelem Antipa-
tro id confidit, ut Alexander veneno de medio tolleret, quod enim venenum suum
Aristotelis ingenio dignum, nempe aquam quandam gelidissimam ex Nonacria petra
fudantem: pse nimio fit eore, nulla alia re quam equina vinctula potuerit contineri. Sed

DIALECT. LIB. I. 22

de his tuis plura apud Plutarchum. Pyrrhi.] Is Argiorum urbem incautius cum Pyrrhus exercitu ingressus, cum recipere sciret in castra vellet, muliercula quadam superiori elo-
co tegulam capitii eius ita impedit, ut tenebris ante oculos obortis ex equo deelaberet:
continuimus à milite quodam Antigoni, cui Zopyro nomen erat, occisus est. author
Plutarchus.

DE LOCIS HS, Q VI CIRCA SVBSTAN-
TIAM REI ESSE DICVNTVR.

*Quid adiacens, quæ adiacentium diuersitas, quæ quibus maximè
infint rebus.* CAP. XI.

C Irc substantiam diximus esse adiacentia & actus.
Adiacens uocamus modum rei inexistentis, quo ali-
quid aliud quam secundum substantias sue denomi-
nationem uocatur. Ut prudentia est modus quidam hominis.
Nam enim intorrogas, cuiusmodi uir sit Cato: recte respon-
tas, prudens. Itaque capit ex prudentia nomen aliud quod-
am quam substantias sue: neque enim Cato a substantia sua
prudens, sed homo uocatur. Multiplex est hi in locus, vari-
que flexus habet. In summa quidem omnia, quae adiacent re-
bus, aut sensibus comprehenduntur, aut cognoscuntur intelle-
ctu. Sensu comprehenduntur, primu[m] communia illa plurim[us] sensu.

Multitudo, id est numeri omnes. Magnitudo, quæ tribus in rebus posita est, in longitudine, latitudine, & crassitudine. Figura, cuiusmodi est planū, obliquū, rectū, curvū, triangulū, quadrangulū, circulare, & reliqua id genus. Cōprehenditur & motus, sed hic alterius loci est: ad actus enim pertinet. Deinde quæ singulorū sensuū sunt propria. Vt iūsus lucidū, obscurū, perspicuum, opacū, coloratū: auditus, sonus: gustus, sapor: olfactus, odor: tactus, calidū, frigidū, humidū, siccum, durū, molle, asperum, lœue, & reliqua quæ tactu percipiuntur. Hæc sunt semina omnis nostræ sciæ, hæc omnis humanorum ingeniorum iactatio. Ex iis uariè coniunctis coagmentatisque, omnium rerum species, multitudinē, uarietatē, discreuiimus. Itaque dubitet quis, querelā ne dignius sit tā in arcto humani

Cic, de finib.
Quicquid animo
cernimus, id om-
ne oritur a sensi-
b^o. Idem Arift. i.
post.

Vide pl. lib. 7. non facta in aliis
et I. ad h. 11. et de multis locis.

*Lipr. regis glori glori, f
su papi pot causa venq
ma tcedere glori xiss
mellecum ne ferfa perci*

RODOL. AGRIC. DE INVENT

ingenij uim esse conclusam, an potius admiratione, quod tam
exiguus initius ad tantam rerum inuestigationem, licet dubia
licet incertam, ad inuestigationem tamen potuerit peruenire

Intellectu uero comprehenduntur, que cuncte ex istis animis, agitatione mentis colligit atque decerpit. Ut in magnete colorem quidem et figuram uidemus: uim qua ad se ferrum caput, intellectu deprehendimus. Sic in haematite, sic in smaragdo, alterius ruborem, alterius uirorem oculis est cognoscere, causam autem qua hic impudicitiae impatiens est, ille sanguinem sifist, mens sola perspexit. Velocem esse cursum, iusquu quidem diuidices: velocitatem in quiescente non nisi intellectu, uel ex cursu quem uidisti, uel ex membrorum artu agiliterque colligis. Sic uobis etiam in ea qui nihil

Plin.li.35.ca.16 mus, agitatione mentis colligit atque decerpit. Vt in magnie-
matis deprehensione agitur colore quidem & figuram uidemus: uim qua ad se ferrū
cautus est ferreus rapit, intellectu deprehēdimus. Sic in haematite, sic in smarag-
do, alterius ruborem, alterius uioreum oculis est cognoscē-
re, causam autem qua hic impudicitie impatiens est, ille san-
guinem sifist, mens sola perspexit. Veloce mē cursum,
uisu quidem diuides: uelocitatem in quiescente non nisi in-
tellectu, uel ex cursu quem uidisti, uel ex membrorum ar-
gentis vocat gerare gutta agilitateque colligas. Sic robur etiam in eo qui nihil
est. Secunda diuinitas ferat: sic reliqua. Adiacentium quedam nativa sunt, que
parantur adiacentia. dam parantur & accedunt. Nativā sunt, ut in igne calor,
in aqua humor, in terra siccitas. Accidentia sunt, qualia
cum igni adhibetur: rigor, cum uehemētiū per-
fuderit. Subdiuinitas co-frixit: in cera liquor cum funditur. Quæ accedunt autem,
in quo accedit. eorum quedam facilē dimouentur ab eo, in quo sunt. Vt ru-
borem ex pudore contractum, pallorem ex metu, cōtinuo ubi
causæ desierint, etiam deficere uideas. Quedam uero diffi-
cultur auferuntur, quæ alia sunt, quæ uel in aliquod, quod na-
tura capax sit eorū, ueniunt: ut additus nonnullis rebus uel co-
lor uel sapor, & in nonnullis animis paucis semel acceptus, uel
amor, uel odium, non nisi morte finitur. qualia etiam quæ
go usū exercitioque uenerunt in consuetudinem, ut sunt stu-
dia & artes humanae, & animi motus, qui crebryd repetiti, p
quib' potissimum p' in naturam transiunt. Sed naturorum, cum in omnibus re-
bus, tum præcipius est in eis quæ sensus sunt expertia, locus.
Qualis est uis quedam tuendi conseruandique sui, tum aliud

DIALECT. LIB. I.

23

aliquid simile sibi efficiendi, Vt ignis calore, aqua se frigore tuerit, terra duritie resistit, aer liquiditate elabitur. Iam cuncta aliquid gignere simile nituntur, ut ignis ignem, aqua aquam, in herbis arboribusque fruges sunt & fructus producendarum aliarn semina. Iam in lapidibus gemmisque, iam in reliquis omnibus, quaecunque terra marique nascentur, natura potestas, noxia reliquis rebus, uel salutaris, pro cuiusque naturae diuersitate, Sic in animalibus, alia ad corpus pertinent, alia ad animam. Ad corpus, ut fecunditas, ut prosperior naturae ualetudo, robur, uelocitas, pulchritudo, contrariaque istis. Ad animam, sentiendi memor etiisque uis, feritas, mansuetudo, docilitas, indocilitas, astus, fccordia, istisque similia. Natiua enim est quedam hæc omnibus adiacens uis, qua cuncta in destinatum debitumque naturæ suæ feruntur opus.

Neque enim author ille rerum sequaque quicquam aut sine usu esse voluit: sed tanquam in prudentis patribus familiis domo, cuncta ut essent in officio effecit. Accedunt et eis que sensuum experientia sunt multa, plura tame animalibus, quoniam

naturae uigore in plures se conatus attollentia, in plura in-
currat oportet. Ergo in corpore est aggritudo & lenti-
melior deteriorq; habituo, fames, sitis, satietas, somnus, uigi-
lia, & meditatione parata uelocitas, & usū robur firmatu-
& cultu decor additus. In anima, ut in equo, institutio formā
di gradus ad certum numerum, in cane uenatio: & in reli-
quis animalibus, quæcunque uel homine monstrante, uel re-
rum usū percipiunt. Nam & efferationa quedam sunt usū,
quædam contrā mansuescunt, & uitare pericula, & insidias
struere consuetudine addiscunt. Homo quoniam maximè (ut
dici solet) animus est, maximè quoque hac parte conficitur:
ergo prima ferē in eo peruidentur animi affectiones, ira, a-